UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, & ecclesiasticorum doctorum scriptis ...

Venetiis, 1579

Delatio corp[or]is defuncti ad ecc. c. 22

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Visual Library

ſterge. Per Chriſtum do. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Commendamus dñe aīam famuli tui, in manibus ſanctorum Abraham, Iſaac, Jacob ⁊ oīum patriarcharuꝫ. Cōmendamus Dñe aīam famuli tui, in manibus ſanctorum Petri ⁊ Pauli ⁊ Joannis, ⁊ oīum apoſtolorum, Commendamus dñe aīam famuli tui, in manibus ſanctoruꝫ Stephani, Laurentij, ⁊ Blaſij, ⁊ oīum ſanctoruꝫ martyruꝫ. Commendamus dñe aīaꝫ famuli tui, in manibus ſanctoruꝫ Syluestri, Martini, ⁊ N. ⁊ oīum ꝯfeſſorum. Commendamus dñe aīam famuli tui, in manibus ſanctorum Benedicti, Egidij, ⁊ Antonij, ⁊ oīum ſanctorum monachorum Commendamus dñe animam famuli tui, in manibus ſanctarum virginum Marię matris dñi Agnetis, Cęcilię, ⁊ Catherinę, ⁊ N. ⁊ oīum virginum tuarum. Commendamus dñe in manus tuas ſpūm famuli tui, ne princeps ei noceat tenebrarum: ſed tu dñe miſericorditer eum protegas in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Tunc illi, quibus iniunctum fuerit, lauent corpus: poſtea induant eum paramentis ſui ordinis: ⁊ ponant eum in feretro. Et ſacerdos ſimpliciter dicat Kyrie eleiſ. Chriſte eleiſ. Kyrie eleiſ. Pater noſter. ſecreto ℣. Et ne nos inducas. ℟. Sed libera nos. ℣. In memoria ęterna erit iuſtus. ℟. Ab auditione mala non timebit. ℣. Ne tradas beſtijs aīaꝫ confitentem tibi. ℟. Et animam pauperis tui ne obliuiſcaris in finem. ℣. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine. ℟. Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. ℣. A porta inferi. ℟. Erue dñe animam eius. ℣. Requieſcat in pace ℟. Amen. ℣. Domine exaudi orat. ℟. Et clam. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Suſcipe dñe animam famuli tui N. quam de ergaſtulo huius ſeculi vocare dignatus: ⁊ libera eum de locis pęnaruꝫ: vt quietis, ⁊ lucis ęternę beatitudine perfruatur: ⁊ inter ſanctos ⁊ electos tuos in reſurrectionis gloria reſuſcitari mereatur. Per Chriſtum dominum noſtrum. ℟. Amen.

¶ Delatio corporis defuncti ad eccleſiam. Capitulum 22.

Deinde ſacerdos ⁊ clerici ordinate vadunt: ⁊ corpus portant in eccleſiam cantando hoc Reſponſorium. Subuenite, vt infra, ℣. Suſcipiat te, ⁊ ℣. Requiem ęternam. Depoſito corpore in eccleſia; vel alia hora congruenti ſacerdotes ⁊ clerici

clerici preparent ſe ad cantandum vigiliam. Duo clerici incipiant abſolute ſicut decet, inuitatorium. Regem cui omnia viuunt. Pſalmus. V enite exultemus Domino. Et ſolenniter cantent totam vigiliam. Require infra. fol.161. Interim ſacerdos cum miniſtris preparet ſe: ⁊ decantetur miſſa ſolenniter ⁊ ordinate: ſi tempus congruum fuerit.

¶ De officio ſepulture ſacerdotis, vel clerici defuncti. Cap.23.

Finita miſſa, ſacerdos ſine caſula, cum pluuiali ⁊ miniſtris, ſubdiaconus cum cruce, ⁊ omnes alij in gradu ſuo veniāt ordinate cum luminaribus, incenſo, ⁊ aqua benedicta: ⁊ ſtent in circuitu feretri in modum rote: ⁊ ſacerdos a capite incipiat abſolute hanc orationem ſine. Oremus.

Non intres in iudiciū cū ſeruo tuo Dñe: quia nullus apud te iuſtificabitur homo: niſi per te omnium peccatorum ei tribuatur remiſſio: non ergo eum (queſumus) tua iudicialis ſententia premat: quem tibi vera ſupplicatio fidei chriſtiane commendat: ſed gratia tua illi ſuccurrente mereatur euadere iudicium vltionis: qui dum viueret inſignitus eſt ſignaculo ſancte Trinitatis. Qui viuis ⁊ regnas Deus in ſecula ſeculorum. R. Amen.

¶ Poſt iſtam orationem ſtatim cantor incipiat ſequens reſponſorium.